

L E F F E Asumptio B. M. V. et S. Joh. Evang.

Leffia, Leffla, Lefflia, Leffle, L'Effe, Lefle, Leff, Leffes.

Prope Dinant, juxta Mosam, in Belgio. Dioc. Leodiensis, ab an. 1801 Namur.

Primitus fuit asceterium<sup>63</sup>), dein ecclesia collegiata, quam tradidit Henricus Caecus, comes Namurcensis, an. 1152, abbati Floreffensi ea sub conditione, ut canonici regulam Sti. Augustini adoptarent. Approbatio imperialis an. 1153. Fuit dein prioratus vel praepositura abbatiae Floreffensis, donec, anno 1200, evecta est in abbatiam sui juris, sub paternitate Floreffiae. Parochiae incorporatae et generatim administratae: Leffe St. Georges (1152), Dinant St. Médard, Dréhance, Sorinnes (ante 1351), Lisogne, Dorinne (saec. XIII), Crupet, Jassogne 1220, Courrière 1282, Sart-en-Fagne 1233, Waha (St. Martin)-Lignièrès 1200, et Awagne (ante 1220), ubi erectum est anno 1720, prioratus pro quatuor canonicis<sup>64</sup>). Abbas exercuit jura archidiaconalia in parochia Leffe, et fuit dominus feodalis in Sorinnes (1464), Meez et Awagne (1301). Anno 1446, abbatia diruitur, in quo incendio maior pars archivorum periit. Anno 1657, abbas Leffiensis accepit a Capitulo Generali titulum et infulam abbatum Ilfeldensium<sup>65</sup>). Status personalis: 1650: 16 residentes, 13 ad extra; 1719: 15 resp. 12; 1795: 12 canonici residentes. Generatim abbatia bona floruit disciplina; anno 1707, peculium abrogatum est. Anno 1794, in invasione Gallorum, archiva recentiora quoad maiorem partem pariter peri-

<sup>63</sup>) Sic sec. CROONENDAEL I 353. LAMY dicit: „monastère de religieux“. Nil scitur certi. Juxta ecclesiam, saec. VII a Sto. Materno erectam, quae certe non fuit parochialis, paulatim videtur esse orta collegiata.

<sup>64</sup>) Quod vero decretum numquam videtur esse deductum in praxim, cf. LAMY *Glanes* XXV 180.

<sup>65</sup>) De qua canonica celebri vide supra I 127. LAMY l. c. miratur, cur Capitulum Generale modo tam inusitato egerit. Sic tamen est explicandum: Post bellum XXX annorum iam nulla fuit spes, canonicas regionum ad haeresim dilapsarum umquam recuperandi. Abbates Generales post an. 1648 pluries infulas, jura et privilegia illarum concesserunt aliis canonicis; ita coniunctae sunt Hamborn et Souleat, St-André-au-Bois et Sta. Maria Magdeburgensis, Steinfeld et Dokkum.



erunt. Anno 1796 suppressa est canonia. Ecclesia et pars monasterii destructa sunt. Residua adepti sunt canonici Ferigoletenses, anno 1903, e Gallia exules, in refugium. Anno 1931, illis in patriam reversis, Tongerloa Leffiam restituit tamquam abbatiam sui juris. Anno 1953, communitas iam fuit 45 religiosorum.

Archivalia: Arch. Etat Namur: Chartae 1235/1585, 5 reg. et 1 fasc. 1748/96. — BRB MS 13883—90 fol. 25/31 (Historia abbatiae) — AAPa XVII 1 — Arch. Abb. Leffiensis: Catal. Religios. 1583/1794 (cf. LAMY), et docum. varia saec. XV/XVIII — Arch. Abb. Frigolet, Docum. varia.

Fontes et Litteratura: HUGO II 29, pr. 9/12 — WAEFELGHEM 145 — BERLIERE *Mon B* 124, 185 — IDEM, *Inv. Obit. B.* 39 — IDEM *Notes Hugo* 132 et passim — *Cart. St. Lambert* I 500, III 43, VI 31 — CHEVALIER 1653 — CatMSSBDep VI 36 — CLAESSENS 463 — COTTINEAU 1580 — CROONENDAEL II 770 — *Gall. Chr. N* III 1048/50 — GOOVAERTS I 74, 201, 260, 302, 417, 424, 485, III 60, 157, 171, IV 21, 79, 115, 146, 182, 213, 214, 245 — KURTH *Chartes St. Hubert* (cf. Chaumont) I 714 — *Lettr. com. Jean XXII* cf. ind. — *Lettr. Innoc. VI* 498 — MIRAEUS/FOPPENS IV 20 — PONCELET *Hugues de Pierrep.* cf. ind. (episcopus iste erat magnus benefactor canonice) — IDEM, *Fiefs Liégeois* (cf. Beaupart) 618 — IDEM, *Invent. Ste. Croix* I 29, II 416 — *Reichsreg. Karls V* 6857 — ROUSSEAU 140 — SAUMERY *Délices Liège* I 229/32 — *Suppl. Clem. VI* (AVB) cf. ind. — TCCD II, III, VII, VIII, XI 1, XI 2, XI 3 p. 3 — VALVEKENS *Chap. Gen. Despr.* cf. ind. — WAEFELGHEM *Abbés* XIII 14/18 — St. BORMANS/P. BROUWERS, *Cartulaire de la Commune de Dinant*, 8 voll. Namur 1881, cf. ind. vol. VIII — V. BARBIER, *L'Abbaye de Leffe fonde un prieuré à Awagne*, AHEB 2 XIII (1902) 382/84 — E. HAYOT, *Oeuvres inconnues, dites d'artistes liegeois du pays de Dinant*, BSHADL XXVIII (1937) — F. JACQUES, *L'arrivée à Leffe de la colonie de Floreffe*, (Namurcum XXIV, 1949, 11/13) — Cf. ibidem 1926, nr. 3, p. 37 — IDEM, *Les paroisses de Dinant et de Leffe*, ASAN XLV (1950) 67/146 — L. LAHAYE, *Le livre des fiefs de la prévôté de Poilvache*, Namur 1895, 281/85 — IDEM et H. de RADIGUES, *Invent. analyt. du Conseil Provincial et du procureur général de Namur*, N. 1892, passim — H. LAMY, *A propos d'un catalogue. Glanes historiques sur l'abbaye de Leffe* (*Anal. Praem.* XXIV, 1948: 115/31, XXV 1949; 5/21, 171/91) — IDEM, *Les droits archidiaconaux des abbés de Leffe* (*Miscell. Hist. in honorem Alberti De Meyer*, Leuven 1946, II 1074/81, cf. *Anal. Praem.* XXII 163) — C. J. QUINAUX *Notice historique sur l'abbaye de Leffe, avec nombreuses pièces justificatives, et un appendice sur la paroisse de Leffe*, Namur 1884 — A. SCHAYES, *Histoire de l'architecture en Belgique*, Bruxelles 1849 IV 207 — A. SERVAIS, *Histoire de Dorinne*, Namur 1910, p. 153/54 — ZACHEE, *N. D. de Leffe, abbaye norbertine 1152/1789*, BN V (1903) 170/89 — *Anal. Praem.* VIII (1932) 82/84 — BCRH Indd. III 82, V 306, VI 746.

Series abbatum (WAEFELGHEM, emend. sec. LAMY, *Glanes*)

Werricus 1200/02	Nicolaus Moréal 1382—95
Hellinus 1202—11	Fabricius de Pécheroux 1395—1400
Joannes de Huy 1211—20 res.	Werricus de Beaumont 1400/08
Joannes 1220/24 <sup>66)</sup>	Jacobus Bayart 1409—25
Bartholomaeus 1224—28 res.	Nicolaus Damanon 1425—35 res.?
Julianus 1228/34	Joannes de Gorin 1435—60
Balduinus 1236/55 res.	Walterus de Wespín 1460—69
Joannes? 1257?	Joannes Delvaux 1469—81
Godefridus Renard 1259?	Nicolaus de Mierdorp 1481—83
Frisinoldus Marlet 1260/63	Joannes de Falay 1483
Joannes de Farciennes 1257?, 1263/69 <sup>67)</sup>	Arnoldus Maillet 1483—1504
Gerardus 1270	Aegidius d'Awagne 1504—28
Werricus de Waha † 1272	Hubertus de Baillure 1528—37
Ponchardus (Richardus) de Beau- raing 1274/78 res.	Ludovicus Giget 1537—45
Gerardus de Nivelles 1278/83, res.	Gerardus Titeux 1545—57
Valeranus 1284/1308	Petrus Massinet 1557—61
Balduinus 1308—16	Gerardus Marlagne 1561—75
Joannes d'Evrehailles 1317—26 res.	Joannes Massinet 1575—83 res.
Joannes Bachelet 1326—45 <sup>68)</sup>	Georgius du Terne 1583—1610
Walterus de Beaumont 1345/62 res.	Joannes Noizet coadj. 1603, abb. 1610—36
Balduinus de Aische-en-Refail 1363/76 res. <sup>69)</sup>	Desiderius Gouverneur 1636—53
Joannes de Flun 1376—82	Jacobus Malaise 1653
	Perpetuus Noizet 1653—72
	Petrus Lefebvre 1672—1704
	Perpetuus Renson 1704—43

<sup>66)</sup> Vix est credendum, Joannem de Huy, qui an. 1220 fit abbas Floreffiae, simul retinuisse abbatiam Leffiensem; ergo probabilius alius Joannes ei successit (BERLIERE, *Mon. B. I* 125).

<sup>67)</sup> Joannes Burdinne, quem adducit QUINAUX, forte ist idem.

<sup>68)</sup> Jean d'Evrehailles occurrit adhuc an. 1326 (BERLIERE l. c. 127), Jean Bachelet eodem anno (PONCELET, *Fiefs Liégeois* 75).

<sup>69)</sup> Cartul. de N. D. de Dinant fol. 257v (sec. notas relictas a U. BERLIERE-BB. de Maredsous)

Augustinus Lambrecht 1743—47	Cyrillus Nys 1950 —
Perpetuus Guissart 1748—58	Inseri nequeunt:
Fredericus Coppée 1758—63	Julianus 1298
Norbertus Boulvin 1763—80	(Ob. Praem. 28. VII 12.. vel 13..)
Fredericus Gérard 1780—96, † 1812	Arnulfus
Josephus Bauwens 1932—44 res.	(HUGO et Cat. MS Leffiens.)
Hugo Lamy 1944—49	Nicolaus de Fontaine 13..
antea abb. Tongerloensis	(BERLIERE M. B.)

L O N G W E (B. M. V. et) Sta. Maria Magdalena

Mares, Marc, La Mer, La Mers, Stac. Mariae de Mari, Nostre Dame de Lamer.  
Longum Vadum, Longivadum, Longuueé, -ué, -uay,-wez, -evez, -guery, -ueay,  
Longwé-l'Abbaye.

Vitetur confusio cum Longwé-la Croix (cant. Vouziers), quod fuit parochia  
abbatiae Bellaevallis (Circ. Lorraine), et cum Longuay abb. O. Cist. (Dép. Haute  
Marne).

Com. de Montgon, prope Rethel, Dép. Ardennes, Dioc. Reims, Gallia.

Abbatia, fundata inter annos 1141 et 50<sup>70)</sup> in loco „Mares“<sup>71)</sup>, a Wi-  
thero comite de Rethel<sup>72)</sup>, ad expianda mala quae inflixerat abbatiae Sti.  
Remigii Remensi. Filia de Clairefontaine. Saepe destructa et exspoliata  
est in bellis, verbi gratia an. 1218, 1350 et 1637, ita ut archiva perierunt  
fere omnia. Inter annos 1218 et 35, translata est in locum vicinum  
Longwé<sup>73)</sup>. Jure patronatus dependebant parochiae Tourteron, Guin-  
court, Lametz et Suzanne; administravit parochiam Longwé tantum,  
cuius ecclesia erat simul abbatialis et parochialis. Conventus erat adeo  
pauper, ut saepius receperit eleemosynas a Capitulo Cathedrali Remensi

<sup>70)</sup> GUELLIOT: versus an. 1150, certe ante an. 1170. Propter absentiam monia-  
lium putamus, fundationem esse factam post annum 1141.

<sup>71)</sup> Discussio erat inter auctores, utrum locus primitivus abbatiae fuerit oppidum  
Lametz, an locus nunc desertus dictus „Mares“, non longe a Longwé, ubi  
Rev. Parochus Colas putat se invenisse fundamenta primi monasterii. Quae  
secunda sententia videtur probabilior. (Cf. COLAS, et LAURENT/ROBERT).

<sup>72)</sup> Qui anno 1128 fundaverat pariter abbatiam Lavaldieu.

<sup>73)</sup> ROBERT *TempClReims* XXXI dicit translationem esse peractam an. 1260,  
ope comitis Gaucheri. GUELLIOT autem probat eam esse factam iam ante,  
scil. inter annos 1218 et 35. Citatur enim anno 1235 „Petrus abbas de  
Longuay“, quod documentum certe spectat ad canoniam nostram, quae non  
obstante translatione, perrexit appellari etiam „de Maris“, id quod induxit  
auctores, ad translationem ponendam anno 1350.

et ab abbazia vicina Bellaevallis (circ. Lotharingiae). Dominium feudale, quod canonia partim exercuit in Lametz, anno 1586 vendidit prae inopia. An. 1621, adiungitur Congregationi Antiqui Rigoris, in qua postea addicta est circ. Franciae. An. 1624, separatio mensarum. Reditus annui: 2259 Librarum, quarum duae partes spectabant ad mensam abbatialem. Obligata est tunc domus alere 4 canonicos et 2 professos. Anno 1732, prioratus Stae. Margaretae de Fontenilles<sup>74)</sup> supprimitur et unitur mensae conventuali Longivadi, imposito onere augendi religiosorum numerum de 4 ad 6. Commendatarius B. de Fuchsamberg († 1685) fuit pater benevolus et insignis benefactor canonicae, melior quam multi abbates regulares sui temporis. 1768: 9 religiosi, anno 1790, cum suppressa est, inventa sunt ibi 100 volumina in bibliotheca, et 4 canonici cum uno converso in conventu. An. 1793, ecclesia destruitur, circa annum 1810, ultima residua aedium solo aequantur. Loco canonicae nunc est praedium, ubi videtur adhuc imago sculpta B. M. V., ex abbazia proveniens.

Archivalia: Arch. Dép. Ardennes, Mezières: 6 fasc. H. 134/39, Q 527 (1 fasc. de suppressione). Documenta ante an. 1509 non subsistunt. — Arch. Reithel, Monaco: T 398, 400 — Arch. Dép. Calvados H 30 — BMun Nancy 992 X 259/66. — Vide MS GUELLIOT.

Fontes et Litteratura: HUGO II 81/86 — WAEFELGHEM 152 — CHEVALIER 1744 — COTTINEAU 1544 (Lametz), 1650 — *Form. Pr.* nr. 85, 86, 88, 94, 95, 104 — *Gall. Chr.* IX 329/30 — GOOVAERTS I 172, 337 — GOSSET 251 — HUBERT 459/60 — ISAD *Ardennes* IV (1888) 52/53 — LABANDE IV 565, 571 — LECESTRE 48 — LONGNON VI *cant. Vouziers* 43, 44, 58, 709 — PICOT 399 — ROBERT *Temp. Clergé Reims* xxx — VARIN 483 — VINCENT 446 — *Revue Mabillon* III 128 — A. COLAS *Notes historiques sur les paroisses de Neuville, Doy et Montgon. L'abbaye de Mares.* Reims 1914 — IDEM, *La paroisse de Longwé-l'Abbaye.* Reims 1928 — IDEM, *L'Abbaye de Mares,* Reims 1924 — R. C. HAIZEAU, *Notice sur l'Abbaye de Longwé. Cant. du Chesne.* Guincourt 1896 — D. LAURENT et G. ROBERT, *Une identification nouvelle de l'abbaye de Mari,* (*Rev. Hist. Ardennaise* 1914, 5/31) — G. R(OBERT), *L'abbaye de Lametz, (Nouv. Rev. Champ. Brie* V, 1927, 257/64) — H. VINCENT, *Les chartes des Mares et de Lametz, (Rev. Hist. Ardennaise* V, 1898, 160/77).

Series abbatum (nisi aliter notetur, sec. GUELLIOT)

Odo ante 1170	Petrus 1235, † ante 1244
Tescelinus 1176/80	Druardus 1261
Henricus 1200	Everardus 1262?
M...? 1201?	Joannes de Sauville 1317/23
Joannes 1218/28	Petrus 1325

<sup>74)</sup> Arr. Vouziers. Primitus spectabat ad abbatiam Belval (COTTINEAU 1184).

Hubertus 1330	N. de Broyelongue 1749—58
Gulielmus 1346	Carolus Fétis de St. Caprais 1758—84
Petrus de Soissons 1393—94 <sup>75)</sup>	Franciscus Gigot du Bois-Bernier 1784—90
Joannes du Chesne res. 1393	
Antonius Charlier 1504	Inseri nequeunt:
Gerardus Danguois 1586	Galterus (HAIZEAUX)
Thomas Boucher 1596 res. postea abb. in Belval	Hugo (HUGO)
Theodoricus Forest 1605/07	Custerus
Franciscus Cauchon 1612—29	(idem, et Necr. St. Joh. Ambian. 12. VIII)
Bernardus de Fuchsamberg 1629—85	Drogo
N. du Four 1685—87	(ObPraem. I 24. II [12..])
Hyacinthus de Hautecourt 1687—1727	Odo
Michael Néel 1727—31	(ibid. 25. III [12..])
N. de la Boissière 1731—49	

#### LOUVAIN

Leuven, civitas in Belgio — Dioc. Leodiensis, ab an. 1559 Mechelen.

Collegium studiorum pro circaria. Primum abbatiae Circariae Floreffiae utebantur Collegio, quod exstruxerat Circ. Brabantiae<sup>76)</sup>. Cum locus paulatim non sufficeret, et etiam propter disparitatem linguarum, abbas Floreffiensis, anno 1616, novum collegium pro circaria sua exstruxit, juxta portam Diesthemensem, quod initiatum est an. 1628. Anno sequenti, emit septem domus in via dicta nunc „Rue des Orphelins“, ad ampliandum collegium, quod aggregatum est Universitati, gaudebat omnibus privilegiis debitis. Anno 1718, Floreffia vendidit collegium suum parthenoni Gempensi<sup>76a)</sup>, qui ex eo fecit refugium. Sub Revolutione gallica est venditum, pauca residua supersunt.

Archivalia: vide Floreffie.

Litteratura: WAEFELGHEM 63 — GOOVAERTS IV 336 — BARBIER, *Histoire de Floreffie* (v. ibi) 1a ed. 337/38, 2a ed. 339/40, 402 — E. REUSENS, in AHEB 2 VII (1892) 231/34 — E. van EVEN, *Louvain monumental*, Leuven 1860, 88 — IDEM, *Louvain dans le passé et le présent*, Louvain 1891/95.

<sup>75)</sup> *Form. Pr.* 85, 86, 104.

<sup>76)</sup> Vide supra p. 301.

<sup>76a)</sup> Item p. 284.

REEKHEM Sta. M. Magdalena

Ra-, Rade-, Radi-, Rai-, Re-, Ree-, Rede-, Rei-, Rey-, Ri-ch-, -k(h)-, -ch-, -ck(h)-cim(b), -eym(b), -ein-, -eyn-, -em-, -en-, Reccquem. Ante saec. XIX, cum regio esset potius linguae germanicae quam flandricae, generatim vocabatur Reckheim. Hodie: Rekem.

Extra muros oppidi eiusdem nominis, juxta Mosam, prope Maastricht versus aquilonem. Prov. Limburg, in Belgio, Dioc. Leodiensis. — Situm erat in territorio Comitatus S. Imperii de Reckheim usque in finem.

Asceterium. Gisbertus de Bronckhorst, toparcha loci, hospitale quod condiderat anno 1135, quinquennio post dedit, bonis variis auctum, abbati Montis Corneli, ad transferendas eo sorores dictae canonicae. Non fuit spectabile. Saepe combustum est et deletum; ideo archiva perierunt et historia eius parum est nota. Anno 1264, cum moniales essent in magna miseria, Wilhelmus de Bronckhorst dedit abbati Montis Corneli patronatum in parochiam R., et sororibus redditus ipsius ecclesiae parochialis. In omnibus catalogis post annum 1290 redactis, R. adscriptum est Circariae Westfaliae, quod ita vellemus explicare: anno 1270, abbas Floreffiensis, et igitur praeses Circariae de qua hic agimus, rigore institit in abolitionem omnium parthenonum. Ultima hora nostri etiam asceterii tunc certe iam venisset, nisi moniales, videntes Circariam vicinam Westfaliae hanc suppressionem nequaquam exequi, ei dedissent nomen. Anno 1327, peracta est definitiva et completa separatio bonorum asceterii ab abbacia Bellireditus. Circariae Westfaliae, cui adhaeserunt asceteria non longe distantia Houthem et Heinsberg, etiam lingua sua longe propinquior erant sorores Reickhemenses, quam Floreffiensis. Videtur esse probabile, asceterium postea, ad tempus saltem, Brabanticae Circariae fuisse adjudicatum<sup>77)</sup>, sed ex defectu archivorum, nil certi hac de re potest erui. Saeculis XVII et XVIII, constat Reckheim denuo fuisse subiectum abbati Bellireditus, ideo Circariae Floreffiae. Saec. XV/XVI moniales videntur fuisse exclusive nobiles, ut erat de more in Circ. Westfaliae et in vicino parthenone Keizersbosch, in detrimentum disciplinae. Anno 1473, domini de R. eas voluerunt reformare et ad clausuram iterum adigere, sed tres ex ipsis praetulerunt fugam. An. 1544, Carolus V Imperator „abbatissae“ et conventui de R. confirmat omnia bona et privilegia; anno 1603, „abbatia“ incenditur, et dominis de R., quorum

<sup>77)</sup> Quod patet ex indicibus huius Circariae (AAA, Liasse I 1 2). Vide etiam apud MIRAEUM *Chron. Praem.* — Brabantica Circaria, a saeculo XV, minus rigore erga asceteria se manifestavit quam Floreffia.

mausoleum ibi semper fuerat, reconstruitur. De hinc non amplius verbum fit de abbatissis. Saec. XVII, bis combustum est asceterium. Communitas generatim erat tenuis, 1738: 7 religiosae. Annis 1643 et 1711, disciplina reformatur. Abbates Bellireditus non regulariter videntur nominavisse priores in Reckheim; per decennia nullus ibi invenitur prior, cuius vices gessisse videntur, nomine abbatis sui, parochi in Opgrimbi et in Reckheim. Comites loci, ab an. 1631 per totum saeculum, litigaverunt cum abbate Bellireditus de patronatu et de privilegiis, quae lis fuit decisa in favorem Ordinis, an. 1702. Tunc conditio nobilitatis in sororibus iam fuerat abrogata. Nullos habuit praepositos, sed priores ad nutum abbatis. Anno 1796, suppressum est, nihil de aedibus superest<sup>78)</sup>.

Archivum proprie dictum videtur perisse; forte a monialibus circa annos 1794/96 ablatum est, nec amplius invenitur. — Arch. Episc. Liege: 1 fasc. document. saec. XVI/XVIII — RA Hasselt: 2 fasc. et 1 vol. computuum an. 1775/96 — BMun Nancy Fonds Hugo IV 309/406 — ACG Laon fol. 676.

Litteratura: HUGO II 625 — WAEFELGHEM 206 — BERLIERE *Notes Hugo* V 374 — CLAESSENS 535 — DARIS NHEDL II 135/54, X<sup>2</sup>245 — ERENS *Hoeven* 346 — *Inv. Arch. Arrond. Maastricht* cf. ind. — JADIN, *Relations* 553/58 — MIRAEUS OHD IV 514/15 — TCCD VI 918, XI 2 — J. de CHESTRET DE HANEFFE, *Histoire de la Seigneurie Impériale de Reckheim*, Ruremonde 1873 — DARIS, *Histoire de la Seigneurie Impériale de Reckheim* (*Bull. Soc. Scient. du Limbourg* X, 1873, 5/96 et *passim. Documenta* 75/76, 79, 86) — IDEM, *Notice historique . . . Beaufort* (*vide ibidem*) 3, 32 — A. J. FLAMENT, *Beschrijving van abdijen, kloosters en kasteelen, als domein verkocht tijdens de Fransche Republiek, met de verkoopakten*, (Maasgouw 1889/90, pp. 23/24) — F. PORTMANS, *Supplément aux notices de Reckheim, sa paroisse et sa seigneurie* (*Publ. Limb. XVIII*, 1881, 301/82) — G. TACKOEN, *Histoire de l'ancien Comté Impérial de Reckheim*, Mechelen s. Meuse 1886 p. 41, 155/59, 165 — H. Van de WEERD, *Het Landdekenaat Eyck* (*Limburg* 1924/25 pp. 60/61) — J. WOLTERS, *Notice historique sur l'ancien comté impérial de R.*, Gand 1848 — BCRH Inc. V 374.

Priores (DARIS, et Arch. Episc. Liege)

Reinoldus (magister) 1260	Franciscus de La Motte 1710—13
Henricus Hins 1631/58	Jacobus Detige 1733
Augustinus Mosens 1664	Bernardus Dufays 1745
Henricus Gouverneur 1695	N. Horens 1745
Aegidius d'Alleur 1706, † 1710	Balthasar Andriette 1763

<sup>78)</sup> Notum est, conventum Postulensem annis 1834—47 degisse in Reckheim. Refugium eius non fuit asceterium nostrum, sed monasterium OFM, iamnunc Ordini suo restitutum.



RIVREULLE

Riverolae, -roel, -roelle, -ruel, rueles, -ruelles.

Com. Vellereille-le-Brayeux, Arr. de Thuin, Hainaut, Belgium. Dioc. Cambrai, ab an. 1801 Tournai.

Parthenon, ortus per translationem sororum Bonae Spei, inter annos 1140 et 82, quo prima vice authentice occurrit. Dotatus est per Walterum Leroux de l'Estinnes. Hic vixit Beata Oda. Berlière putat has moniales fuisse meras „tertiarias“<sup>(79)</sup>, sed censemus eas fuisse potius conversas, id est sorores „non cantantes“. Anno 1207, ultima vice verbum fit de illis. Abhinc in chartis memoratur tantum „curtis de R.“ In necrologio Bonae Spei occurrunt nomina 131 sororum. Saec. XVII adhuc videbantur vestigia huius parthenonis.

Archivalia: v. Bonne Espérance.

Litteratura: HUGO II 673 — WAEFELGHEM 210 — BERLIERE *Mon. B. I* 427 — BRASSEUR, *Origines* 234 — U. BERLIERE, *L'ancien monastère des Norbertines de Rivreulle*, MSHB LXVII (1893) 381/91 — Vita B. Odae: AA. SS. II Apr. 773/78, MAGHE 70/91, PL MIGNE t. 203 col. 1359/74, PHILIPPI de HARVENGT *Opera*, ed. CHAMART (Douai 1621) 779/87, LEPAIGE 489/93, I. v. SPILBEECK (Namur 1889).

